



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Quarta Conclusio. Reliquiæ sanctæ positæ in loco, aliquando etiam pellunt
tales vexationes & perturbationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

ut cessaret illa vexatio, Deoq; protinus miserante, cessauit. Idem conuincit ratio. Non est enim conuentio lucis ad tenebras, secundum Pauli sententiam. At in sacrificio missæ introducit lux vera: pellit ergo principem tenebrarum. Cùm enim fortior ille superueniens LUC. 10. vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat. Ad idem confirmandum facit consuetudo Ecclesiæ, cuius meminit S. Chrysoft. hom. 3. de incompræhensibili DEI natura contra Anomæos, quod agitati Dæmonij tempore Missæ adducantur, & hom. 4. ibidem eiusdem consuetudinis meminit. Quare eadem consuetudo adhuc hodie magna cum laude & fructu seruatur apud S. Hubertum in Ardenna, qui locus omnibus Dæmonibus terribilis est, cùm plurimi ibidem expellantur. Tempore sacri, Energumeni ad Ecclesiam deferuntur, & ibidem relinquuntur, donec sacrificium absoluat.

Quarta Conclusio. Reliquiæ sanctæ posite in loco, aliquando etiam pellunt tales vexationes & perturbationes.

AVGVSTINVS loc. citat. Quare subiungit, dicendo. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, vbi sepultus est CHRISTVS, die tertio resurrexit, eamque suspenderat in cubiculo suo,

ne quid mali etiam ipse pateretur. At vbi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de terra illa fieret, cogitabat: quã diutius in cubiculo suo reuerentiã causã habere nolebat: Fortẽ accidit, vt ego & collega tunc meus Episcopus Synicentis Ecclesiã, Maximinus, in proximo essemus, vt veniremus rogauit, & venimus. Cumque nobis omnia retulisset, etiam hoc petiuit, vt infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, vbi etiam possent Christiani ad celebranda, quã Dei sunt, congregari. Hęc Augustin. & Act. 19. sudaria & semicinctia Pauli posita super languidos, spiritus nequam pellebant. S. Chrysostom. in lib. contra gentiles de vita S. Babylę martyris & Antiocheni Episcopi post multa, ait. Ea est enim sanctorum potestas, vt illorum superstitum dæmones, ne umbras quidem, aut vestes ferre possint, vita autem sanctorum loculos quidem reformidant. Ad idem propositum adfert alia hom. 66. ad populum Antiochenum. & in serm. in adorationem venerabilium catenarum & gladij S. Apostolorum principis, Petri, & in serm. de virtutibus & vitijs. Hieronym. contra Vigilantium sacrarum reliquiarum hostem. Gregor. Nazianze. orat. in laudem S. Cypriani martyris. Huc referri potest quod historiarum scriptores tradunt, quod cum Iulianus apud Pythium Daphnæum responsa peteret de Parthici belli victoria,

ria,

ria, Dæmon responsa dare nequibat. Sacerdotes Dæmonis silentij causam reddunt: Babylæ martyris sepulchrum propè assistere: & ideò responsa non reddi. Sic Iulianus iussit corpus transferri. Huius historiæ meminerunt, Eusebius lib. 10. historiæ Ecclesiasticæ cap. 35. Tripartita lib. 6. cap. 31. Theodor. lib. 3. cap. 11.

Simeon Metaphrastes apud Surium tom. 2. in vita S. Theodori Archimandritæ meminit hunc sanctum ad instantiam Theodori ducis regij, cuius ædes maximè ab immundis spiritibus vexabantur, ita vt cum domestici pranderent, aut cœnarent, lapides super mensam iacerentur, tantaq; molestia Dæmonum sub murium & serpentium forma domus afficiebatur, vt præformidine in eam ingredi nõ auderet, in hunc modum ab illa perturbatione & diabolica vexatione liberasse. Domum seruus Dei ingressus, totam noctem psallendo & Deum obsecrando traduxit: & aqua, cui benedixerat, totam domum aspergens, eam à Dæmonum tentatione liberauit.

Quinta Conclusio. *Exorcismis siue exorcizatione Dæmones etiam effugantur, & expelluntur.*

EXorcizare autem nihil aliud est, secūdum August. lib. 1. de vita beata, quam per diuinam

uinam